

11. ALBOIN 569—572.

569. Ind. 2— Spt. 1—3; Alboini a. 1.

Mai. Italiam Langobardi ingrediuntur. *Fragm. Secundi*: 'secunda indictione . . mense Maio'; Origo: 'secunda ind. ceperunt predare in Italia'. — 569, Mart. 21. 'Item *p̄c.* Iustiniani (l. Iustini) Aug. anno 12. kl. April.' *Exc. Sang. ed. De Rossi, Bull. di archeol. crist.* 1867, p. 22.

— In castris Foroiulani terminis Alboin rex Gisulfum, nepotem suum, ducem Foroiuliensem constituit. *Paul. Diac. II*, 9.

— 'Ad fluvium Plavem Alboin cum venisset, ibi ei Felix episcopus Tarvisianae ecclesiae occurrit. Cui rex, ut erat largissimus, omnes suae ecclesiae facultates postulanti concessit, et per suum praemicum postulata firmavit'. *PD. II*, 12. 1

Sept. 3. Mediolanum Alboin rex ingreditur. *PD. II*, 25.

C. 571.

— Spoleti Faroaldus primus dux Spoletinus. *PD. III*, 13.

— Beneventi Zotto primus dux Beneventanus. *PD. III*, 32; cf. *Hirsch, Das Herzogthum Benevent*, p. 3 n. 1.

569—572.

— — Alboini praeceptum pro antecessoribus Adalberti de Ruzzolo datum citat et confirmat Carolus III. imp. Papiæ a. 883, Febr. 17. *Campi, Storia eccl. di Piacenza I*, 469; *Troya, Cod. dipl. Long. I*, n. 5. 2

572. Ind. 5— Spt. 1—6; Alboini a. 3— Mai. —4.

Mai. Jun. (?) Veronae in palatio Alboin rex a suis occiditur. Veronae sepelitur. — 572, Mai. 25. 'VI *p̄c.* Iustini aug. VIII. kl. Iun.' *Exc. Sang.* — 571, Jun. 28. 'imperante Iustino II. anno VI . . . III. kl. Iul.' *Agnellus c.* 96, *SS. Lang. p.* 339; ad a. 572. *Marius Avent. ed. Arndt*, p. 37. — Post regni in Italia annos 2 menses 10 *Cont. Havn. ed. Hille*, p. 34; a. 3 Origo; a. 3, m. 6 *Hist. ms. Goth.*, *PD. II*, 28.

— — 'Voluit regnare Hilmichis et non potuit, quia volebant eum Langobardi occidere'. Origo.

Aug. Ravennam Rosimunda et Helmichis cum Albsuinda, Alboini filia, et omni thesauro regio ingrediuntur. *Agn. p.* 340.